

Johann Bacmeister Georg Wende

**Disputatio Inauguralis, Quam ... Facultatis Medicae in Alma Rosarum, Praeside ...
Dn. Johanne Bacmeistero, Medicinar. D. ... De Quartana ... publico placidoq[ue]
eruditorum examini subiicit Georgius Wende, Stargardia Borussus, die V.
Augusti, Anno 1658**

Rostochi[i]: Kilius, [1658]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730120430>

Druck Freier  Zugang



R.U.-med 1658 Bacmeister, Johann

I. N. I.
DISPUTATIO INAUGURALIS,

Quam,
Divino favente Numine
Jussu & auctoritate Amplissimæ

Facultatis Medicæ

in

ALMA ROSARUM,

PRÆSIDE

*Viro Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo
atq; Experientissimo*

DN. JOHANNE BACMEISTERO,

Medicinar. D. Anatom. & Chirurg. Professore P.

Physico civitatis ordinario, Facultatis suæ Seniori.

& spectabili p. t. DECANO,

Patrono & Promotore Præceptoris
loco venerando,

DE

QVARTANA

pro
Supremos in arte Medica honores

imperandi

LICENTIA,

publico placidoq; eruditorum examini
subjicit

GEORGIUS WENDE, Stargardiæ Borussus,

die V. Augusti, Anno 1658.


ROSTOCHI, Typis Hæredum NICOLAI KILII. Acad. Typ.



3309.

1658

176





Mirum est in tanta autorum copia neminem fuisse, qui arduam de Febribus doctrinam novis, quibus anatomicum hoc seculum superbit, invētis applicaret. Ignavae mētis est, prodigalis etiam naturæ opera negligere. Aliquid quidem Albertus Kyporus, longiori vitâ dignus, nobis dedit; rem tamen omnem expedire non potuit. Tyroni institutiones scripsit, animum illius ad altiora alibi haurienda præparavit; Ultra si egisset, ejusdem culpæ reus fuisset, cuius Celebrem Sennertum sèpius accusat Hoffmannus: Multa eum tradere, quæ captum tyronum superant, maximè vero necessaria omittentur. De Febribus certe nihil instituendum scire in opere Institutionum voluit, illas docens controversias, quas & exercitati, sine ullo in arte incòmodo, ignorare possunt. Fecit ergo Vir Clarissimus quantum debuit. Insignis vero Medicus Guernerus Rolfincius prolixè nuper methodum cognoscendi & curandi febres publicavit: Illa tamen generalis tantum est. Ad speciales febres nemo, quantū videre licuit, descendit. Nos itaq; facilitorem veniam speramus, si quid erroris, de Quartana ex fundamentis Circulationis & aliis disputaturi, commiserimus.

A 2

Thesis I.

Thesis 1.

MOrbus quem tractamus Quartana est. Desumpta voce à signo, quod in affectu cognoscendo non minimam nobis facem præfert. Vedit antiquitas illam quarto quoq; die in ægro mutationem, & cum primis temporebus ignara esset quid hominem torqueret, ab evidenti hoc symptomate quartanam nominavit. Nec obstat quod aliquando aliis quandoq; diebus paroxysmi veniant; Rudis enim illa ætas, vel non vedit talia, vel febres illas pro quartanis non habuit, vel etiam ad id respexit quod semper fere fieri videbat.

2. *Querqua* ab autoribus nonnullis vocatur. Illas febres antiquitus ita vocatas esse vult Cl. Mercurialis variar. lection. lib. 5. c. 2. quæ cum frigore & tremore affligunt: ducto nomine à sonitus imitatione; quem in febre trementes & horrentes edunt; cum veteres plurima hoc pacto nomina effinxerint. In Quartana & frigus & horror vehemens satis adest. *Melancholicam* plurimi appellantur, ab humore frigido & sicco, quem melancholia dicunt, putrefacto originem ejus derivantes: Verum, quia nec melancholia febris genetrix datur, nec si daretur, febrem incendere potest; Inconveniens hæc appellatio erit. *Atrabilariam* magis ad rem alii: Proximam respexerunt causam febiles proxysmos excitantem. *Scandalum* ab aliis & *ludibrium* *Medicorum* nominatur. Scandalum multi capiunt, & illam quæ plurimis saluti fuit artem infamant, ubi altis radicibus firmatum morbum nullis remediis cedere vident. Ludibrium vero vocatur; Vel quia blande saepè medicis tractanda venit, ac si ludus quidam esset; Vel quia curiosissimi etiam Medici operam eludunt. Omnia nonnunquam medicus tentat, febris tamen non recedit; illo vero abeunte, hæc quoq; vetus hospitium deserit.

3. Ita describimus Quartanam. Quartana est spirituum in corde accensio ab atra bile in aliqua corporis parte collecta, quarto die paroxysmum habens. Intimam descriptio hæc quartanæ natum explicat, omnes medico indicationes in curatione suppeditat.

4. *Est spirituum accensio.* Omnis noster calor à spiritibus est, quo calidius corpus est, eo plus caloris adest in spiritibus. Vehemens calor igneum eorum naturam dicit. Hæc si à causa, velut in pabulo, acce-

accidente foveatur, accensio nobis est, absente pabulo ad naturalem statum redeunt. In Quartana vero ita sit: Atra bilis in cordis veniens atrium naturam igneā spirituum conservat; Stimulat nimirum cor, stimulo excitati spiritus calorem vehementem concipiunt & per arterias in totum corpus ejiciunt. Tamdiu calor ille permanet, quam diu atra bilis ad cor labitur, hac absente, calor quoq; intermitit.

5. Contrarium videtur velle Harvæus, cui ob inventam circulationem & alia immortales gratiae debentur. Sensu destitui cor opinatur. Si non sentit, quomodo stimulos illos, seu atram bilem stimulantem, percipiet? Miram vir laudatus adfert histor. de generatio animal. exerc. c. 51. Vicecomitis de Montegomero in Hibernia filius primogenitus, ex ulcere a natura cicatrice obducto, amplum hiatum in pectore apertum gestabat, quem pro lubitu Lamellæ claudebat. Ad hunc missus à Rege suo Harvæus advertit, cor manu tractari posse: Deduxit ergo ad Regem. Contrectabant cor, factumq; est; ut uterque illud senti tactus privatum esse agnosceret: Quippe adolescens, illos cor tangere (nisi visu & cutis exterioris sensatione) neutiquam intelligebat. Mirum historia & sine multis exemplis, dextre tamen explicanda. Consternatus adolescens, ex aspectu Regis, tam vehementer facile alterari potuit; ut se sentire non putaret, quæ tm. sensit. Deinde doloris forsitan sensum ex se, non simplicem cotactum, quæri existimabat, qui in corde ob simplicem contrectationem non facile oritur. Et ipse partes cordis diversimode se habent, interiores accuratius, ob nativam suam constitutionem, sentiunt quam exteriores. Sensu vero tactus destitui cor nunquam potuit: Nervulos à nervo sexti paris habet, ut Cl. Bartholinus notat in Anatom. Reform. l. 2. cap. 6, triplici loco insertos; Uno qui terminatur in ipsum Cor; altero qui in auriculas; tertio qui inter vas a ejus est majora: Jam ubi cunq; nervi, ibi sensus tactus. Nihil itaq; obstaculi fuerit, quo minus materia è sanguine crassiori adusta a credine suâ, ceu aculeis quibusdam, cor ad sui expulsionem excitet; ut necessario frigus, horror & successivus ille caloris motus producatur.

6. Quod si alicui recensita accensio non placeat; Ille quidem ita de accensione hac poterit statuere: Atram bilem, è partibus ad

A 3

Cor

Cor venientem, impedire intimam spirituum cum sanguinis massa unionem; Hoc dum sit, spiritum calor, ob impedimentum atrae bilis, quæ imprægnari ab iis nequit, augetur; illi ignei evadunt. Horror vero & frigus calorem antecedit; quia ante illam accensionem natura tentat spiritum cum massa sanguinis unionem: quo sit, ut circulatio & tardior reddatur & immutetur, succidente spiritum excadentia, ac si furore corriperentur. Utram sententiam elegeris, nihil mutabitur in curatione: Prior tamen certior, cum à sensu rei molestæ, acris, vellicantis, in corde, omnium spirituum domicilio, facilis illi perpetuo effluentes concitari accendiq; possint, ad oculumq; locus affectus præsentetur.

7. *Cor in quartana affici*, docet ipsa cordis constitutio, ipsa caloris in corpus distributio. Sentire stimulos posse probavimus; nunc arterias addimus, quæ in illo radicem primam agnoscunt. Per has distributio caloris, quem in quartana videmus, commodissime fit. Aliæ enim partes, si aliquid omnibus simul partibus dare voluerint; nullâ alia viâ, quam per cor, id præstare possunt. Idem si hic fieret, non posset aliter quam, ut prius motus caloris ab exteriorib; ad interiora sentiretur, cui universalis illa in corpus distributio succederet: Ejus vero nihil in quartana; simul ac quidquam caloris apparet, æquilater ille in omnes totius corporis partes distribuitur. Certum indicium è corde provenire.

8. A materia atrabilari affici cor diximus. Unde vero illa? Ex aliqua corporis parte materia morbifica per venam cavam cordis ingreditur palatum. Patet id ex paroxysmis quarto quoq; die recurrentibus: Cum enim ad cor nullq; quam per venas aditus detur, illum atra bilis eligit; Non tñ. semper, sed quarto die. Manifestum id indicium est, focum aliquem dari in quo materia colligitur. Toties unica die repetitur circulatio sanguinis, in illa volvitur & revolvitur nutriendis liquor; Vel itaq; continuam reddet febrem, si sanguis valde fuerit infectus; Vel in foco aliquo corruptus succus colligetur, materia futurus in sequentis paroxysmi. Utrumq; sit in Quartana continua. Illic multa bilis atra cum sanguine circulata continuos calores aliaq; symptomata excitat: Præterea tamen & focus datur, in quo atra bilis cumulatur, materia exacerbationis quarto die

die redeuntis. Posterior tantum, in quartanis intermittentibus. Tempore illo intermissionis crassiores sanguinis partes, in atram jam adusta bilem, in foco colliguntur; quarto plerumque die natura, ut post audiemus, contra onus partem aliquam gravans insurgit, quod molestum est per venas ad cor mittit, paroxysmiique excitantur: Si duplex, duobus; si triplex, tribus quoque foci sustentatur.

9. Ubi vero focus in Quartana? Lienem affectum esse multi clamant: Quod ut saepe verum, ita nonnunquam in liene nihil vitium est; hepar addiderunt alii; primam ventris regionem alii. Nos praeter ea omnia viscera & musculos, majores praesertim, adjungimus: Ventriculum saepe esse focus, docent vomitus a febre aliquando liberantes. Quod sit in ventriculo, cur in aliis aptioribus itidem fieri posse negaremus? Musculi vero, praeprimis majores, foco constitudo maxime convenientia: Arteriae illorum & venae in minimos usque ramulos dividuntur; Facile ergo obstruuntur; facile in illis aliquid colligitur: & hinc focus.

10. Difficilis quibusdam & circulationi contraria haec atrae bilis collectio in partibus videbitur. Atram bilem non sanguini diversarum partium mixtam, iussam quasi, colligi, sanguinem vero circulari, vix posse putabunt. Verum non impossibilis illa est, immo facilis. Sanguinis tenuiores partes nullam nobis controversiam movebunt. Crassiores quamvis crassitie atrae bilis particulas superent; spiritibus tamen repletæ sunt, qui circulationem illarum adjuvant. Atra vero bilis, cadaver tantum sanguinis, spiritibus cum careat, pellitur quidem cum sanguine ad partes: Sed ubi in angustias partis alicuius debilis pervenerit, velut inutile pondus in illa commoratur; donec a naturæ robo expellatur.

11. Causa propositæ febris vel proxima est vel remota. Proximam atram bilem esse innuimus. Ad illius in corde praesentiam ponitur, ad absentiam tollitur. Triplex vero atra bilis, gradu adustionis differens, commode statuitur; Prior nondum insignem acridinem habet, ob minimam adustionem; Altera insigni acridine praedita est; Tertia summam obtinet, partes exulcerat malignitatisque particeps est. Medium hic intelligimus. Illa rursus duplex. Velix crassioribus sanguinis partibus, vel ex flava bile adusta constans. Utique

in fe-

in febre nostra locum habet, approbante id cum ratione experientia. Calidæ & siccæ temperiei corpora, si aliqua saltim intemperantia cibi vel potus peccantes crassiores sanguinem generent, quartana corporei intunduntur: Crassiores n. sanguinis partes adustæ naturam bilis atræ induunt cauæq; proxima febrilis fervoris sunt. Tertianis etiam quartanæ succedunt, si materia morbifica non evacuata fuerit. Manifeste indicat successio, flavam bilis, in paroxysmo ad exteriora pulsam, concrescere inq; atram bilis verti. Ubi atra bilis facta est levi ex occasione movetur, fociumq; eligens quartanæ causa sit. Primi gradus atra bilis, niger succus sanguinis, calidus quidem & siccus respectu sanguinis boni est; non tamen acrimoniam adhuc nactus, ut febrem incendere possit. Tertius gradus jam non quartanas, sed ardentest malignasq; febres, ob summa quam cotinet acredinem, producit.

12. Contradicunt præcedenti thesi magna Medicorum pars, quæ legitimam aliam, aliam spuriam quartanam dicit; Hanc ab atrabili, illam à melancholia fieri. Dicem multi Celeberrimum Sennertum sequuntur. Is lib. 2. de Febr. cap. 2. o. putat Humores à calida quacunq; causa aduti & ubi fervor desit, quasi cineres quosdam relinquunt, nunc plane frigidos & sicclos, nunc caloris alicuius adhuc particeps, qui postea putredinem concipientes quartanam generant. Nos, integrè magni minis Medici autoritate, non videmus, quomodo quasi cineres frigidi & siccii, qui omnem jam calorem cuníque eo acredinem exuerint, putrescere possint; sive veram putredinem cupias; sive, quæ in febribus est, adustionem. Multo minus vero admittere possumus, frigidos & sicclos cineres, qui Calorem jam amiserunt, febrem excitare. Qui n. fieri potest? eo aduti humores, ut frigidi & siccii evadant; cum ipse concedat, si summe adurantur ardentest febres excitare. Incredibile vero est adulsum humorem, cui calor acredo q; jungitur, citius non accendere febrem, quam ubi omnem calorem exuit; cum ille hoc ad id longe aptior sit.

13. Cogitur aliquid veritatis dicere Laurentius Joubertus lib. de quartan. cap. 2. Quamvis distinguat quartanam in legitimam & spuriam: Fatetur tñ. unicum febrim bilis esse legitimam; Cum alii humores à bile secreti accendi nequeant. Ratio in promptu, stimulo necessario carent: Magis itaq; doctrinæ ergo, quam quod tales au-

les autores observarint legitimas definiuisse; Ipse à melancholia
pauca bile mixta legitimam fieri vult. Nobis melancholiā, qua-
lem à Sennerto audivimus, sine præsentissimo detrimento generari
non posse certum est; quare non constituet febrem: Quam verò
melancholiā naturalem dicunt, crassior tantum sanguinis pars est,
remota causa quartanæ, non proxima. Si tamen insignem acquirat
acredinem, bilique misceatur adustæ, non jam Quartanam, sed mi-
stam constituet. Qualis causa talis etiam effectus. Sublata jam melan-
choliā restat atra bilis, que eodem quo dictum modo febrem accedit.

14. Atra hæc bilis si copiosa fuerit, ut focus unus & alter non
sufficiat, febris continua oritur, si unus focus sufficit, quartana in-
termittens simplex, si duo requiruntur, duplex, si tres, triplex. Pro-
ut vero acrior vel mitior, ita vel mitiorem, vel vehementiorem quar-
tanam gignit. Ulcera exigua scabiesq; majorem acredinem indicant.
Ut Sennertus l c. & Cl Bartholinus in hist. anat. cent. 4. hist. 35. ex ob-
servatione Ballonii, Plateri, Benedicti Sylvatici refert. Dubium v.
hic occurrit: num bilis illa atra, quæ scabie produxit, non excessi-
rit mediocritatem? Deinde, cur interiores partes, si colligebarunt, non
exulceraverit vel scabie afficerit? Utriq; ita satisfacimus. Non facile
negari potest, atram bilem, quæ causa scabiei, mediocritatem excessisse;
potest tamen, in foco talem collectam esse. Potest mediocris in fo-
co colligi, quæ postea, in ipso etiam paroxysmo, magis aduritur, ut à
summa acredine vel non procul absit, vel eam jam habeat: E corde
per arterias ad exteriores partes talis pellitur, ubi, nisi cum sudore
ejiciatur, causa est, ut cutem scabies defædet. In foco cum nihil talis,
nulla quoq; scabies.

15. Unum adhuc de proxima quartanæ causa ambiguum est,
Utrum atra bilis in quartana tanta copia adsit, quæ omnibus secuturis
paroxysmis sufficiat? Multi opinabantur, in venis mesaraicis putre-
scere simul omnem materiam. Evertit hanc sententiam inventa cir-
culatio, quæ impossibile docet, in venis mesaraicis, tanto intervallo
temporis sanguinem non circulari; Verius ergo successive atra bilis
generabitur. Maxima pars sequentis, paroxysmo præcedente, è cras-
siore sanguinis parte aduritur; Nam vehementius in illas agere fe-
brilis calor potest: Præterea inconveniens est dicere, tot paroxysmo-

rum materiam in sanguine adesse, cum sepe multos annos quartana affligat; imo fieri aliter non posset, quam, ut atra bilis summa, a credinem & malignitatem, si febrili calore toties adulteretur, acquireret; Majus vero inde quam quartana periculum metuenduna.

16. Atrambilem proximam quartanæ esse causam patet. Re-
mota causa examinanda venit. Illas dabunt *Res naturales, non
naturales & præternaturales*. E naturalibus est temperamentum.
Aptissimum quartanæ calidum & siccum, assidente Celebri Sennerto. Calor si in sanguine resistentes partes invenerit, illas adureret facileq; atrambilem generabit. Quod vero calor ille, tenuiores sanguinis partes non adurat, sed illis relictis crassiores, inde est: Spiritus, solum calorem vehentes, facilius imprægnant tenuiores partes; Crassæ contra resistunt: Calor ergo augetur magis & illas adurit; Tenuiores etiam sero, quo sanguis diluitur, arctius junguntur ab eoq; temperantur. Temperamentum hoc vel nativum est, vel ascitum: utrumq; multum ad quartanam juvat. Parentes calidi & siccii, sobolem sibi similem generant; Materia feminis, tam in arteriis, quam in ipso feminis organo, dispositio ad quartanam, si quartana laborant, imprimitur; Spiritibus enim feminis materia (sive nobilissima chyli sit pars, sive sanguis) impletur. Hi spiritus sicut materiam in arteriis, ita post semen, conceptum, infantem regunt: Aliis ergo irritantibus causis ad consuetum opus redeunt. Ascitum à rerum non naturalium uso, qui quartanam producit, est petendum. Tem-
peramentum etatem nobis dāt. A prior ad quartanam consistens etas, in qua calor maxime se exferere potest.

17. Res non naturales quartanæ corpus præparant, & occasio-
nem febri præbent. Aer infervit frigidus, qualis in fine autumni esse solet. Frigus & repellendo, & poros cutis constringendo, calorem corporis auget; Calor crassas, si adfuerint, sanguinis partes adurit inq; atrambilem convertit. Utrumq; in autumno præprimis adest: Æstas enim calor noster nativus minor, crassum generat sanguinem, fri-
gus vero autumni, augendo calorem, ut aduratur causa est. Simili modo, impurus huc facit aer: Insinuant enim se crassæ aeris partes in poros cutis, illosq; obstruendo, calorem concitant. Contagii memi-
nit Cl. Sennertus loco jam citato: Anne, inquit, 1616, roti Germanie

sic quartanæ erant Epidemias. Quæ Quartanæ et si à communis aeris
constitutione ortum haberent; Accedebat tamen contagium quo se-
minaria febris in alia corpora transferebantur. Nobis aeris constitu-
tio, sine contagio, etiam hic sufficeret; Ad contagium enim citius
non putamus descendendum, quam ubi omnis alia via rationem
reddendi præcisa nobis est. Si vero in Epidemia illa accidit, ex con-
versatione cum ægro facilius alios captos fuisse, internæ id potius
perturbationi alicujus, causam morbi jam foventis, ascribendum est,
quam contagio. Videmus sanos, quamvis nullam causam febris
in corpore alant, ubi febricitantem conspexerint, immutari; hoc si
in illis, qui hospitem latentem secum portant, acciderit, febri occasio
dabitur, nullo accidente contagio. Regis dupliciter corpus ad quar-
tanam disponit. Vel ut aerem, vel ut alimenta nobis subministrat.
De priori satis, de posteriori in sequentibus.

18. Cibus & potus diversimodè quartanæ causa sunt: Alia n.
sanguini crassiores partes præbent, alia illas in corpus vehunt, alia
vias aperiunt, alia calefaciunt sanguinem. Quo plus cibus & potus
horum habet, ita plus quartanæ generandæ confert. Priora sunt
cibi crassi succi, vel difficilis concoctionis; sequentia, humiditate
aquosa abundantia; tertia, quæ tenuum sunt partium; ultima ca-
lore agunt. Variè vero, in hac temporum luxuria, cibi ex his mi-
scuntur.

19. Ad specialia si descendimus. Usitatus simus cibus panus est. Fur-
furaceus si fuerit, & difficile coquetur, & coctus crassum sanguinem
dabit. Rectè Cl. Hoffmannus non pro hominibus, sed pro canibus
cibum hunc esse, ait: Si quis tn. firmum nactus est ventriculum, id
fiet quod dictum; eoq; magis, quod furfures vim de tergendi habe-
ant, viamq; sibi lacteas penetrandi faciant. Parum itidem, vel nimi-
um fermentatus panis: Ille difficillimæ concoctionis est; Hic parum
boni nutrimenti habet; optimum enim in nimia fermentatione, re-
lictis crassis particibus, periret. Panis nauticus, ille maximè, quem post
longum navigationis tempus assumere necessitas jubet. Mucidus o-
mnes alios superat, præter crassas partes, quas sanguini miscer, cor-
rupiū corpori præbet nutrimentum, quod in atram bilem, cum assi-
milari corpori non possit, adurit. Pars panis una, præ alia plus

porest: Crusta panis atram bilem gignit, iuxta scholam Salernitanam: Non comedas crustam, choleram quia gignit adustam.

20. Post panem magis in usum veniunt carnes quartanam generantes. Tales sunt majorum animalium, præprimis senio confectorum: ut bubalinæ, vaccinæ, aprugnæ, cervinæ; his tamen magis aptæ suillæ, præter crassum n. succum, multam aquositatem, quæ in lacteas vénas vehit, eamq; excrementitiam, habent. Damatum & leporum carnes minus quidem quam dicta huc faciunt: Non tñ. omni culpa carent; exsiccatur enim nimium caro illorum crassatumq; fit partium. De leporibus dissentit Henricus ab Heer in Spadacrene, ubi cap. XIII. prolixè illorum defensionem suscipit. Volatilium idem illorum, quæ in aquis vivunt, & merguntur; ut cygnatum, anserum, anatum: Constringuntur pori horum animalium, ut excrements crassa perspirare nequeant; aqueæ vero partes, calore in iis aucto, facile exhalant. Columba agrestes, nimium dum volant, carnes suas exsiccant crassisq; humoribus aptam reddunt.

21. E piscibus huc referuntur omnes illi, qui in cœnofis paludibusq; locis degunt; cum & malum nutrimentum capiant, & id excutere nequeant. Anguillæ præter excrementitium humorem, & crassas quasdam partes, sanguini vix aliquid afferunt; ut & tincae. Sturiones difficilis coctionis sunt crassiq; succi. Pisces maritimi hic adducendi, ut Cabeljavus seu Asellus, & multialii: Non tamen omnes; cum & inter illos sint, qui friabilem satis carnem habent, qualis est Schellfishius apud Belgas: de quo Cl. van der Linde / lect. med. exerc. XI.

22. Omnim verò animalium carnes sive terrestrium, sive vo-
latilium, sive piscium, magis quartanæ corpus parant, si vel fumo
induratæ, vel sale conditæ fuerint: Tales sunt pernæ, gratissimus
Saxoniæ inferioris frequentissimusq; cibus; Carnes bovinæ fumo
induratæ vel sale conditæ, in nautis præprimis, qui saepissime illis
vesci coguntur; Anferes perfumati, Afellus exsiccatus, si n. recens
febres generat, multo magis succus id præstabat; Harengi itidem,
si longo tempore in muria permanserint. Magnam Haleci laudem
Amstelodamensium Consul Nicolaus Tulpius, vir multæ
præxeos, tribuit lib. 2. observ. med. cap. 24. Ut à Sole nubeculas, sic
ab ha-

ab halecibus dissipari morbos, non vane à Belgis dici putat. Nec unquam magis sterilem medicorum messem, quam sub eorum adventum, observavit. Nos ut ob rationes datae aliquid utilitatis non negamus, ita recentibus muriā tinctis convenire arbitramur; tempore vero longo, deteriores fiunt quartanamq; producere apti.

23. *Fructus arborum & fraticum austeri & immaturi* erassiori sanguini, multa aqua diluto, materiam ministrant; pyra, poma non satis matura, juglandes, avellanæ, præ cæteris omnibus castaneæ nucæ, mel/pilaitidem: E plantarum fructibus melones, pepones, &c. Legumina plerumq; sunt talia; ut oryza, pîsa, fabæ: quibus addenda sunt Brassica, apium, eruca, cæpæ, allium. Aromata sanguinem calefaciunt materiamq; crassiorem adurere juvant; ut cariophylli aromatici, piper, gingiber, cubebæ &c.

24. Acetum condimenti loco cibis sâpe adjungitur, hoc nihil æquè quartanam gignit. Facit illud vi penetrandi & aperiendi quam possider; alio tamen adhuc modo. L. Juobertus, eruditus medicus, similitudinera quandam aceti cum melancholiâ adducit, quem I. c. Sennertus sequitur. Nos aliam causam esse putamus. Vermes in acetigenibus, quæ ex vappa & debilibus vinis conficiuntur, Nardius Noct. genial. 2. p. m. 75. observavit. Filamenta Cl. Bartholini in microscopio, vermes aliis dictæ partes aceti, apparuerunt; qui monitus est, in aceto cui limpida aqua sit admista, idem procedere: vid. Histor. anat. cent. 4. histor. 13. Ultimo modo nos quoque id experti sumus: Infudimus aceto aquam, accuratè in mixturam oculorum aciem convertentes vidimus, Aliquas partes aceti, vermiculorum iæstare, vario moveri modo. Non diu motus ille continuabat, filamentaq; esse apparebat. Ideò motum filamentorum factum puto. Particulæ aqueæ, fila illa subtilia, intime aceto dum conjunguntur, movent; Quia verò conjunctio illa, per varios poros aceti, varia est; varius quoq; filamentorum motus, qui vermiculos refert, videtur. Filemantæ illa aceti quamvis tenuia sunt, satis tn. crassa, ad constituendam atram bilem, si in corpus, cum tenuioribus aceti partibus, pervenerint.

25. In potum præprimis veniunt aqua, cerevisia, & vinum. Aquas palustres bibentibus splenes semper sunt magni & pleni &

ventres duri & crassi, & tenues, & calidi; teste Hippocrate de aer. aqu.
& loc. Crassæ sunt palustres aque : facile ergo lienis minimas arterias obstruunt, Inde tumor calorq; totius corporis, maxime infimi ventris. Cerevisia vero non satis cocta, vel non defæcata, crassiorum in sanguine partium causa est. Quod si tali notabilis quantitas lupuli addatur, vehiculum adjungetur, quod crassa facilius ad lacteas deducet, & sanguinem accendere poterit.

26. *Vinum* frequens potus est, quod, antequam id nomen acquirit, mustum appellatur. Crassum id est, turbulentum, nec deferbit: Nonnisi crassi itaq; sanguinis est materia, qui, accidente calore, in atram bilem permutatur. Ubi mustum defæcatum est vinum dicitur. Crassa vina & austera quartanæ seminium parunt, nigra itidem: Quamvis enim nigra multum dant sanguinis, crassus tamen ille est, imò validum requirunt ventriculum. De Malvatico vino in specie narrat Cl. Hoffmannus Instit. lib. 5, cap. 26. §. 14. Dono se accepisse lagenulam vini malvatici, superfundebat illud pani Ultensis & comedebat: Quo facto, exhibat vinum, cum cibis omnibus, inalteratum tamdiu ut fieret clinicus. Ventriculum debilem vinum difficilis coctionis invenit; vel itaq; incoctum in lacteas abripi debet; vel excerni cum fæcibus. Hic posterius est factum. Prius ubi fit, crassiores in sanguine partes augentur, que in atram bilem aduri possunt. Cibo & potui anneximus alia que per os assumuntur: qualia sunt medicamenta calida, maxime vehementia purgantia; multum enim illa corpus alterant, & materiam latentem lape excitant.

27. *Somnus* & *vigiliae*, item *motus* & *quies* *buc spectant*: Quod illa, & malæ coctionis causa, & caloris sanguinem adurentis vario modo esse possint. Excreta & refenta itidem: Ut si hemorrhoidum fluxus inhibeat, in fæminis menses ordinarie non fluant, in viris, critica illa quovis mense evacuatio per urinam, cuius meminit Sanctorius: Artis staticæ sect. I. aphor. 65. cesseret. Harum excretionum si que impediatur, augetur calor, crassus v. sanguis in atram bilem vertitur. Animi affectus vehementes ardentes etiam febres excitare posse, testatur Gabelchoverus. Idem cur non fieri posset in quartana? Opprimuntur veluti in illis spiritus: Ubi ergo porta data est, ruunt, & vehementer sanguinis partes, transitum negantes, adurunt. Hinc quartana.,

28. Res

28. Res præter naturam in producenda quartana multum pos-
sunt. Sunt v. tales; *intemperies* partium publico officio destinata-
rum. Ventriculus sæpe accusandus venit; Si n. imbecillis seu frigid⁹
fuerit, non poterit satis bonum coquere chylum, sed crudum san-
guini misceri patietur; si nimium calidus, in nidorosam cibos cor-
rumpet materiam, chylumq; illâ replebit, brevi in atram bilem con-
vertendā. Idem faciunt intemperies calidæ totius corporis, *Febris*.
Febris tertianis quartanæ succedunt: Retinetur nimirum, ut §. 12.
jam dictum, in extremitatibus partium materia morbifica, illicq; con-
crevit; adveniente vero aliquo humorum vehementer motu, mo-
vetur & illa; jamq; in venas repulsa, naturam atrę bilis habens, fo-
cum sibi eligit.

29. *Obstructiones* frequentissimæ lienis sunt: Viscus hoc, præ
omnibus aliis, est arteriosum, facileq; à crassis sanguinis partibus ob-
struitur. Lienem sequitur hepar. Hoc, quamvis paucas arterias ha-
beat, venę tamen maximæ, infinitis ramulis, in illo terminantur.
Idem in ventriculo, utero, ipsis muscularis fieri potest. Obstructis jam
partibus, circulatio immutatur, quā immitrata, incalescit sanguis adu-
riturq; pars crassior, ob sæpius jam dictam resistentiam, ad illud apti-
or. Vermes quartanas produxisse historiæ docent. Mordendo par-
tes membranofas, dolorem in illis excitant: Ad dolentem partem
sanguis fluit calorq; illius augetur, remota quartanæ causa existens.

30. Differentiam quartanæ occasio data fuit, §. 15. explicare.
Ad signa nunc rectâ viâ venimus. *Quarto quoq; die redit paroxysmus in quartana*. Averrhoës lib. 4. Coll. de signis quartanæ: signum
hoc (ut interpres vertit) quasi sicut proprium quartanæ vocat. Pro-
pterea, quod non inveniatur talis circuitus, in aliqua febre, sim-
pli vel composita. Assentiuntur illi, qui ex ipsa febris essentia hoc
signum petitum putant: Rationem reddunt, quia pituita singulis
diebus moveretur, bilis tertio, melancholia quarto. Verum cum
atra bilis, ut ex superioribus patet, nullis sit imprægnata spiritibus,
nullum quoq; motum proprium habebit: Imo, quamvis spiritibus
esset repleta, moveretur tñ. perpetuo cum sanguine, in canalibus cir-
culationi destinatis. Æque itaq; apta est atra bilis hâc, quam illâ ho-
rà moveri, modo movens adsit, & viæ, per quas moveri debet, pa-
teant. Aliam rationem nos post dabimus.

31. Es-

31. Essentiale signum quartanæ circuitum multis esse, vidim⁹.
Contra Christophorus à Vega, ignoriam mentis ostendere scribit⁹,
si quis accessionum repetentias expectare voluerit; nam indicium quod
indesumitur invalidum est. Alique n. febres sunt ab alio humore, à me-
lancholiā, quæ crasitudinis & paucitatis humoris causa, repetere per
quartum sunt visa; & simili ratione quartana, quæ aliis circuitibus re-
petunt, quartanis longioribus. Hoffmannus vero, ex Simonio, adducit
exemplum Saxonici Secretarii, in quo Quartana, sub typo tertianæ,
latebat: Instit. lib. 3. cap. 13. §. 9. Confirmat id El. Bartholinus Histor.
anat. cent. 3. hist. 55. Paroxysmum in consanguineo suo, cum postero
die expectaretur, priore rediisse observavit; Et in non paucis, ubi
desituta est, varios typos assumere, testatur.

32. Nos medium viam eligimus. Et ut observationes laudato-
rum virorum non negamus, rationem acceptamus; Ita plerumque
quarto die paroxysmum redire, raro admodum aliis, quotidiana
nobis experientia dictat. Causam vero arbitramur esse: Quod atra
bilis tarde in foco febrili colligatur. Sanguis cum atra bile mixtus,
in canalibus suis circulatur: Non poterit ergo, una circulatione, omnis
atra bilis in focum pervenire; sed nec decem, nec viginti, potest col-
ligi: Natura enim partis, quamvis debilis, sentit tamen, ubi hostis,
majori copiâ, quam convenit, in foco residere vult. Repellit etiam,
quod molestiam creare potest, tantum retinens, quantum illi nul-
lam insignem alterationem concitat. Tandem, tarda illâ collectione,
natura quasi opprimitur: Tunc, quidquid est virium, adducit con-
tra hostem, materiam paroxysmo excitando aptam movet, perq;
venas ad cor pellit. Quarto die plerumq;, id evenit, cum non
possit breviori tempore atra bilis in tanta copia colligi, ut opprimi
vita illius partis videatur. Quartanæ circuitui adjungimus quoq; illu-
lud, quod laudatus Bartholinus se observasse referet: histor. anat.
cent. 1. hist. 95. Non tantum, quanto quoq; die, incertis horis, pa-
roxysmum rediisse; sed, quartum quemcunq; paroxysmum, fuisse gravi-
rem symptomatis.

33. Tempus circuituum quartanæ sequitur tempus quo ægro-
tum paroxysmus tenet. Illud, ex observatione medicorum ad mini-
mum est 20. horarum: Causa vero hujus tarda in foco febrili solu-
tio est

cio est. Paulatim collecta materia paulatim quoque solvitur, cum
fir mius parti adhæreat. Non tñ. & hic semper unum idemq; evenit.
Magis n. adusta bilis si adfuerit, c itius paroxysmus finietur; quam
si contra: Nam ubi ad cor aliquid majoris acredinis ē foco febrili per-
venerit, majorem in corpus calorem spiritus hostem expellentes
diffundent, majori vi focum expurgabunt. Unde licet graviores ta-
lēs paroxysmi sint, breviori tñ. tempore finiuntur.

34. Paroxysmo incipiente frigus ægros invadit. Natura cum
opprimi se videt, quidquid potest spirituum ad affectam partem
mittit: Inde sit, ut & sanguis aliis destinatus partibus refrigeretur,
& circulatio immutetur. Frigidior hic sanguis ubi ad partes venerit,
sentiunt à novo hospite se refrigerari: ille tñ. circulatur, quamvis
tardius, corq; intrat, & majus frigus persentitur. Interim solvitur
in foco aliquid materiae, perq; venas ad cor vehitur: Illuc, frigore &
atra bile cor affligente, vix quidquam caloris per arterias emittitur,
frigus maximum sentitur, donec natura recolligat vires, & illud
quod molestum cordi fuit, expellat, calorem successive augendo.

35. Atrabilis ē corde pulsa, per arterias, in extremitates usque
partium vehitur: In illis membranosis cum adhæreat partibus,
acrimoniâ suâ illas pungit: Molestiam hanc ægre fert natura, expel-
lere itaq; quod stimulat tentat, sed quia extra arterias jam consistit,
per venas nequit: Concuditur ergo cutis, quæ concussio horror ap-
pellatur. Et videtur patienti quod grando super eum cadat undig; ut
Magnus experimentator Avenzoar Theizir lib. 3, tract. 2do loqui-
tur. Horror hic, prout plus in foco materiae solvitur, & cor ingre-
ditur, eo major sit, ut ipsi dentes crepant. Subinde audire est ægros di-
centes ait Aerius, lib. 5. cap. 83. quod ossium laetitudine tenentur, &
carnem constringi imaginantur. Membrana ossa circum volvens arteri-
as habet: Hæ viam præbent attenuatae in corde atræ bili; ad extre-
mitates valorum ubi venerit, in superficiem ejicitur, quam pungens,
dolore affici ossa videntur.

36. Horror in exterioribus dum fit, augetur in corde calor, fo-
cus vero expurgatur. Magna parte jam purgatus focus, paucam
atram bilem cordi mittit; incipit tunc se exserere calor: Tandem
nullà materia molestante maximus evadit, jamq; status paroxysmi

C

adest,

adest. Perseveraret ille, si fomentum adesset; hoc quia deficit, foco à materia morbifica liberato, calor remittere incipit: Donec in intermittentibus, ad naturalem statum; incontinuis, ad consuetum redeat.

37. *Calore remittente ægri sudore diffluunt.* [Senes excipit Carolus Piso, in eleganti tract. de morbis sérōsis p. m. 604. è quibus non citius sudorem expectes, quam è pumice.] Item illos, qui hýeme quartana laborant. Utrobiq; enim sudor via negatur; in illis ob senium, in his ob ambiens frigus. Exemplum tamen laudatus Piso habet cuiusdam, cui corpus totas noctes, etiam à febre vacuas, quanquam hýeme admodum lassas, perenni sudore diffuebat. Sed raro illud accidit, & forsitan aliunde causa, quam à quartana petenda. Ordinariom est, statu paroxysmi sudoris rivulos succedere. Causa hæc est: Multum in quartanariis adest serum: Nam & multo aqueo vehiculo crassus chylus indigebat, à quo postea crassiores sanguinis partes, & in ipsa adustione crassiorum partium aqua humiditas separata fuit. Serum illud, accedente calore & viis patentibus, non potest non evacuari: Calore itaq; aucto, protruduntur in quartana ex arteriarum extremitatibus vapores aquei, qui liberam viam invenientes, per poros cutis exstlicant. In declinatione vero paroxysmi sudores fiunt: Ob vias, quæ non nisi insigni, qualis in statu paroxysmi, calore patescunt. Et hæc causa, cur prioribus minus, quam posterioribus paroxysmis ægri sudent.

38. *Sequitur pulsus.* Ex hoc solo, se, febrim imminentem non aliam quam quartanam fore, cognovisse Galenus lib. 2. de Crisibus cap. 4, gloriatur. Mendacii accusat Galenum Campegius l. 1. hist. 7. Camp.. Hist. Gal. Ubi negat fieri id potuisse, addens: illum quædam de se jactabunde proferre, quæ eruditorum aures nec ferre possent, nec debeat. Nos, quamvis Galeni defensionem non suscepimus, omnium consensu cogimur fateri, magnam in quartana pulsus mutationem esse: Galenum vero, in pulsuum doctrina exercitatiissimum, proximè in sequentem paroxysmum prævidere potuisse credimus; Cum & rationes ad sint, & Aetius, peritus Medicus, lib. 5. c. 83. consentiat. Pulsus illi parvi, tardi, rari, incipiente paroxysmo sunt, ut arteria ligata quasi sit; & in Juvenibus etiam, arteriarum motus extreme

me 16-

me senuum ætati conveniens sentiatur. Perdurat hic pulsus usque ad declinationem. Tunc n. frequentes quidem pulsus fiunt, sed in tarditate constantes. Paroxysmo finito, in intermittentibus, ad naturalem statum reddit. Causa mutationis illius in pulsu est, refrigeratio dicta sanguinis, ob quam circuatio tardius instituitur: Maximè vero atræ bilis, in corde, mora. Non potest cor consueto more te constringere & dilatare, cum materia febrilis illud quasi suffocat. Tardius se quia constringit, tardiores pullus fiunt.

39. Urina si examineretur, colores ejus variantur, dicit Averrhoes l.c. Nam aliquando est alba & subtilis, ad viriditatem declinans; & aliquando nigra & grossa ad rubedinem declinans. Crudæ sunt & tenues, in principio morbi, omnes: Id vero ob materiæ multitudinem & pertinaciam. Multæ crassæ, in principio, sanguini adsunt partes, In iis itaq; omne robur natura consumit, separationi excrementorum nihil dare potest. Materiæ hæc imminutæ, quod hactenus neglexit, aggredi ex parte potest, magnamq; in sanguine excrementorum inventens copiam, cum sero eam in vescicam pellit: Inde multæ subsidentia. Colores varij oriuntur ex admittiis quibusdam particulis adustis.

40. Nihil frequentius in quartana quam in appetentia ægrum vexat. Culpam quidam in Vas breve rejiciunt; Verum, extra telijatum venam dictam esse, circulatio testatur. In omnibus venis sanguis contentus à partibus ad truncum moveatur: Hic est vena; movebitur ergo à ventriculo ad venam splenicam, non contra. Melius causa redditur; quod spiritus, cum crassa materia confluentes, non in sufficienti copia ad ventriculum veniant, ibiq; fermentum generent: Unde debilitas ventriculi, cruditates, nausea, ipse sæpe Vomitus, quem pro signo quartanæ plurimi agnoscunt.

41. His addenda salivatio. Videmus quartana laborantes ut plurima salivâ madidos. Causa in promptu: Aqua copiosa, quæ atra bilis diluitur, calore expellitur. Sanctorius in lib. 6. vitand. error. meth. cap. 9. vult, Melancholiam adstrictoriæ vi præditam, si vero vincatur à calore præter naturam, sicut in quartana, Tunc febris calor magis potest, in pellendis ichoribus; quam vis adstrictoria in cendo & retinendo serosam humiditatem. Sed vis illa adstrictoria

ichores cogens non firmo tali insitit: Sufficit itaq; febrilis calor, qui ad convenientes evacuationi vias atrę bilis vehiculum ducet. Sed quę illavia per quam saliva venit? In tenebris, omnibus retro sęculis, tota Medicorum schola fuit, quoties aliquid de saliva cogitabat. Nuper admodum Cl. Viri, Franciscus Glissonius & Whartonius Angli, immortali, quę inventoribus debetur, gloriā, viam salivę, e maxillaribus glandulis ad extrema usq; oris tendentem, aperuerunt. Unica oculi inspectio innumerās illas ratiocinationes sustulit, quibus plurimi ingenium suum exercuerunt. Ignoravimus hactenus, Cl. van der Einde dixisse memini, veram sitis sedem. Ignorantia hęc plus sępe damni quam morbus attulit. Ignoravimus criticas per salivam evacuationes, In peste. Hermes nostri seculi, Andreas Cnöf-felius multas evacuationes à veneno liberantes, se oblerasse nobis retulit, vias etiam prædixisse, quas sequens ætas aperuit. Ignoravimus deniq; præter innumerā, quā vià saliva in quartana venit. Liberarunt illinos à crassa hac ignorantia. Grato ergo pectore Clariss. eitorum merita agnoscam⁹. Et hęc sunt signa præcipua, quae in quartanæ nos cognitionem ducunt. Adtunt & alia, somnus, vigilia, dolores capitisi, tusses, quae indicasse sufficiat.

42. Non omitendum tm. præter dicta signa, alia adesse, quę focum nobis febrilem sīstunt. Longum esset omnium partium morbos explicare, quibus aptę sīunt atrę bili colligendæ: Lienis & hepatis tantum afferamus; Utpote, à quibus magna damna, sępe etiam ipsa mors, quartanariis est metuenda. Cognoscitur lien affectus in quartana ex colore corporis plumbeo. Multæ in liene sunt arteriæ; his obstructis, sanguis vehementer aduritur, ut partes, lividum quendam colorem accipient. Deinde alyus non facile egerit: Negatur enim è ductu Wirsungii cum sero stimulus. Tertiò in sinistram partem ægri se reclinant: Arteriosum hoc viscus, se ipso fit gravius, ubi obstrūctum est; Si itaq; in dextram partem se æger composuerit, & adjacentes partes comprimentur, & ipsum pendulum fieri, distendendoq; partes, quibus adhæret, dolorem excitabit. Ultimo, tactu in sinistro latere percipi tumorem lienis posse multi volunt; negat Cl. Hoffmannus Instit.lib. 3. cap. 64. §. 2: Quod lien profundum sicut acceperit, qui digitis tangi non potest. Et ita quidem esse, velle viter

in ana-

in anatomicis informatus fatebitur: Illius ergo loco, ex tuberantiam
in sinistro latere ponim⁹. Hanc nihil profundus illius situs impediet.
Cum enim tota cavitas infimi ventris, semper sit repleta, intumescen-
te liene, illic necesse est tumor oriatur, ubi minor est resistentia; tale
a. est sinistrum hypochondrium.

43. Quibus in quartana hepar afficitur, coloris sunt albicantia.
Obstructo hepate magis impeditur circulatio, quam si lien obstrua-
tur: Non tamen tantus calor suscitatur; Quia, in venis est obstruc-
tio. Circulatione hac ratione impedita, minima ad partes sanguinis
copia pervenit; Unde pallidus ille color. Urine rubra sunt quibus
hepar afficitur, ut Sandaracham etiam referant: Sanguini via nega-
ta, cum vero aliquid sanguinis in vesicam fertur, tingens urinam. He-
par, ob elevatum illius situm, melius tactu percipi potest, si tumor
hepatis adfuerit. Difficilis in illis est respiratio, ob compressum à tu-
mido hepate diaphragma. subfuscunt iidem: Læsa n. respiratione
fuligines e pulmonibus expelli non possunt: Unde asperæ arteriæ
membrans vellicant, & hinc tussis. De cæterarum partium morbis
in quartana, brevitati studentes nihil: Non difficile ex partium con-
stitutione, de aliis judicari potest. Ad prognosin venimus.

44. Futoram quartanam indicant causæ remotæ, si adfuerint.
Maxime vero Febres: Hinc Hippocrates, progn. 27. Continua fe-
bris in quartanam deducetur, si intermitat, vel erratico modo ap-
propinquat, & sic agens autumno appropinquat. Omnia illa, ut ex
dictis patet, productioni atra bilis, unde quartana, inferviunt. Addit
3. Cœac prænot. cap. 8 erraticis febribus urinas, in quibus nubecula
nigra. Adustra partes in febribus erraticis si nubeculam causant, na-
turam sanguinis in corpore adusti nobis aperiunt: Febrim ergo
quartanam prædicere jubent; Cum præsente atra bile mediocriter ad-
usta, quartana evitari non possit.

45. Deinde circa Prognostica sciendum est: Continuas rarius
intermittentibus fieri. Cl. Scarabicius, Professor Patavinus de Igne
Febril. cap. 65. hanc rationem reddit: Melancholicus sanguis, sive
paucus, sive multus, difficulter putredini redditur idoneus; hinc à na-
tura facile, à venis detruditur exhalatio multa. Nos ex illis aliqua
acceptamus, reliqua mittimus: Crassiores partes sanguinis non fa-
cile

cile putredini febrili idonei redduntur; Id est, non facile in atram bitem aduruntur, sed calore multo indigent. Intensus Calor si adfuerit, & multæ crassiores partes in sanguine, continua expectanda; sive intermitte. Posterior frequentius quam prius accidit. Quamvis non ita id intelligendum sit, acsi adeo raro quartanæ continuae occurantur: *Quatuor exempla Carolus Piso l. c. habet & passim alii autores.*

46. Qui quartana correpti fuerunt, nunquam laboraturos illam, c. dicit Aetius. Magis profecto ex opinione vulgi, quam è rei veritate. Reclamat experientia, reclamat ratio: Illa quotidie confirmatur: Hæc docet, generari posse crassiores sanguinis partes, accendi quoq; calorem, qui illas adurit; unde quartana provenit. Non insimi judicij vir. L. Joubertus, de exquisita concedit, & putat: Cum exquisita quartana fiat à melancholia, tempore febris immutarit temperamentum, quod melancholiæ producere solebat. Nos non repetemus, quod exquisitam à sola melancholia fieri posse negant, bitem adjungens; sed id tantum dicimus: Omnium consensu frigidum & siccum temperamentum plurimum melancholiæ gignit. Illud ergo mutabitur. In quale vero? In calidum puto. At hoc aptissimum ad quartanam esse, ipsum Sennertum consentientem habemus. Quod si in aliquibus contingat non repeteret quartanam, ascribendum putamus illi; Quod diurno morbo meliores mores induerint, assuefacti ab illis abstinere, quæ quartanam parvunt.

47. Febrim ipsam si respiciamus, Hippocrates l. i. epid. sect. 3, dicit, quartanam esse tutissimam, placidissimam & longissimam: Non enim tantum per se ipsa talis est, sed etiam à magnis morbis liberat. Tutissimam & placidissimam vocat. De quartana intermitente simplici potissimum, dictum id putamus; illa enim naturæ, ad recolligendas vires tempus concedit. Duplex & triplex, jam non sine periculo sunt: Maximus vero periculum, in continua; cum alios gravissimos morbos, ipsam saepè mortem pariat. Autores passim exponunt de quartana, ut quartana est: Si nimis nullus morbus magnus febri adjungatur. Insufficiens vero illa explicatio est: Cum quartana præprimis continua, ut quartana est, quamvis nullo magno conjugatur morbo, pariat gravissimos morbos; imo ipsam mortem.

48. Ex

48. Ex Hippocrate quartanam a magnis morbis liberare audi-
vit. Confirmatur id ex 5. aphor. 70. Qui quartana laborant, fere
convulsione non tentantur: Quid si prius corripiantur, deinde qua-
ranta succedit, liberantur. Et ita suadet ratio: Moto sanguine & in-
calecente, cum illo materia morbifica movetur; Quæ ubi in totum
corpus distribuitur, movet materiam, quæ nervorum membranæ,
ipfisq; nervis, le insinuavit, & convulsionis causa est. Hæc mota, natura
ad expulsionem materiæ convulsionem excitantis cogitur: Rigor
ergo vehemens concitatur; illo, quidquid nervis molestum est, ex-
citatur. Tali ratione a convulsione, morbo magno, liberabit. Quam-
vis dubitemus, an ideo tutissimus & placidissimus morbus vocari
possit? Solvit nonnunquam Convulsiones: Sed aliquando Paralyticæ,
pon exiguum mialum, adfert. Vidisse se id, optimi nominis Medicus,
Jacobus Hollerius comment, in hunc aphor. testatur. Fit hoc modo:
Movetur serum, sanguini atræq; bili mixtum, in corpore; Tempore
declinationis paroxysmi, evacuat per sudorem, cum attrabile, vchi-
culum; quod si retinetur, hæc sequentur: Aquæ sanguis in cor-
pore aliquandiu circulabitur: Ubi per cærebrum ad nervos vene-
rit, caliditate debitâ carens, obstructioneque in nervis factâ, illos
resolvet.

49. Longissimas quartanas esse, continua observatio docet:
Gabelchoverus cent. 6. observ. 74. exempla quartanarum collegit,
quæ septem, duodecim, triginta, imo quadraginta octo annos dura-
funt. Causa est, quod multæ crassæ partes sanguinis lèpe adsint &
ventriculus debilis: Ventriculus, si cibos non bene coquit, crudi suc-
ci relinquentur, crassioris sanguinis matèria. Quibus addendum
longum illud temporis spatiū quo paroxysmus durat: Nōva n. in
paroxylmo præcedenti aduritur materia, sequenti interviens paro-
xyssmo. Non tñ. omnes quartanæ, idem tempus durationis, postra-
lant: Aestivæ citius terminantur; Autumnales longius protrahuntur.
Magis commodus quartanis autumnus quam aestas. Frigus poros
cutis claudit: Quo, & materiæ morbificæ exitus admittur, & calor
corporis augetur; ut adurete melius humores possit. Præterea aestate,
ventriculus debilis est, crassiorem chylum coquit; Inde crassiores in
sanguine partes, quæ autumno adiustæ quartanam accendunt. Contra
aestivo

estivo tempore pori corporis aperti sunt, Materiae morbificæ liberum exitum concedunt: Hac evacuatâ, salus ægro est speranda.

§ 0. *Omnis ætas quartana subjicitur*: Sæpius tñ., consistentis ætatis homines invadit; aptiores n. illi, ut diximus, sunt. Non æque omnibus ætatis permittiosa: Infantes si eam, non à parentibus male hæreditario, sed ex causis externis sanguinem disponentibus contraxerint, facile liberantur; Calidum enim innatum fortius in illis est, morbosq; tales facilis superat: Si hæreditarium fuerit malum, difficilis erit curatio. Consistentis ætatis, pro causarum vehementia & resistentia, nunc facilius, nunc tardius, ab ea liberantur. Omnium pessima est, quæ senes affigit: Raro enim è mortis fauibus senes eripiuntur. Maxima pars Medicorum, causam, virium debilitatem, agnoscit: Nos adjungimus causæ vehementiam. Frigidi & sicci sunt temperamenti senes, materia morbum excitans, calida & secca: Necesse itaq; est ut vehemens causa acceleret, quæ, contrarium temperamento morbum introduceret, cumq; nonnisi vehementem: Vehemens à senibus, in quibus vires diminutæ, superari non potest. Adde poros cutis carniumq; in senibus exsiccatos, evacuationem impedit, morbum vero deteriorem reddere.

§ 1. *Quartana quas hydrops insequitur plerumq; lethales sunt.* Vario vero modo in Quartana hydrops generatur. Frequentissime fieri putamus, ob impediam cum atrabile seri expulsionem: Ubi n. Sudore aqua non expellitur materia, in venas retrocedit; circulatur aliquamdiu cum sanguine: Sequentे paroxysmo magis natura superflui seri urget expulsionem; Cumq; per exteriorem cutem, non possit ab ea liberari, in interiorem capacitatem ventris deponit: Inde Hydrops ille, qui Ascitis vocatur. Alter modus erit, si obstruta fuerint vasa lymphatica & rupta; de qua Cl. Bartholinus videatur in novis anatomicis tractatibus. Tertius, si Scirrus nobile aliquid viscus habuerit, ex indeq; hydrops ortus fuerit. Prior morbus difficillime curatur, Secundus vix unquam, Tertius nunquam. *Signa prognostica recensita sint.* De tempore termini quartanæ illud tantum adjuvimus; Insignem aliquam aeris tempestatumque mutationem, sape finire quartanam, nonnunquam etiam augere. Tantum designis; nunc ad curationem.

§ 2. Cui-

52. Cuicunq; quartanæ curationem methodicè instituere animus : Is indicationes primò invenire debet ; Deinde materiam in promptu habere , & illius rectum usum nosse . A Causa vero præcipue indicatio sumitur: Illius præsentia , quarto quoq; die paroxysmum inducens , & in continua continuo præterea affligens , sui ablationem postulat ; Atra bilis ergo auferenda . Corrupta hæc materia est , non potest ad meliorem naturam redire: Quod corruptum est ejici è corpore debet ; huic satisfaciendum est materiis ad id aptis . Sufficeret hujus indicationis executio , nisi considerandum veniret : Non tantum illi succurendum , quod nunc affigit , sed quod affligere potest , breviq; id (nisi succurratur) faciet . Talis indicatio illarum in sanguine partium est , quæ quidem in atram bilem nondum adusta sunt , brevi tñ. , nisi succurratur , adurentur: Nondum naturam corruptam partes illæ induerunt ; non itaq; totalem sui eradicationem postulant , corrigi & emendari volunt : Crassa corrigimus attenuantium dextrâ administratione . Utraq; indicatio utramq; facit paginam in curatione nostra . Restat focus , qui quartanæ est conjunctus : Hic aliam addit indicationem . Quidquid debile est , roborandum venit , quidquid obstructum , deobstruendum . Prout diversæ sunt partes ; ita diversa materia , serviens indicationi .

53. E triplici fonte illam petimus , Chirurgiâ , Pharmaciâ & Dietâ , rectum usum adjungentes . Prima è Chirurgicis , est V.S. Multum emolumenti ægris inde esse , experientia nos docet ; Circulatio videtur adversari : Cum n. sanguis , per omnes partes corporis , æqualiter distribuatur , multum evâcuabitur boni sanguinis , multum et iam spirituum exhalabit ; parum admodum materiæ morbificæ evâcuabitur . Nos fatemur quidem , aliquid atræ bilis bono mixta sanguini profluere , non tamen illud tantum est ; ut magnum comedum , quod sæpe videmus venæ sectionem excipere , inde oriatur : Indicationi vero ultimæ potissimum inservire eam arbitramur . Atra bilis ad affectam partem veniens , se età venâ , non tantâ copiâ ad eam fluit ; Ipsa circulatio , in meliorem statum translocatur . Deplentur secundâ venâ arteriæ : Non tantum ergo ad focum febrilem tendit , quantum , si omitteretur , perveniret ; Minori copiâ fluens sanguis , etiam per debilem , vel obstructam aliquantum partem , circulatur . Liberâ circulatione , parum in foco colligitur : Longius inde tempus

D inter-

intermissionis; Ita ut illo tempore natura à paroxysmo libera vel
vincere omnino, expellendo atram bilem, febrem possit, vel mitio-
rem tantum lequentem paroxysmum efficere: In illo certa salus;
in hoc multum solaminis continetur. Videmus ex his, tantum ab-
esse, ut circulatio V. Sectioni huic adversetur; ut ea potius sola sit,
quæ rationem tanti levaminis aperire possit

54. Dictum est: Evacuari maximâ ex parte bonum sanguinem,
spirituum etiam multum exhaleare. Duplex hic cautio venit adver-
tenda. Prima est, ne facile sanguinem educamus iis, qui venas angu-
stiores habent, quales sunt obesi: Quamvis enim aliquid lucri quartanæ
eveniret; Majus tñ. ex sanguine detracto periculum immine-
ret; Vix residuus sufficiens nutritioni est. Altera: Nec in debilibus
tentandam temerè esse V. sectionem: Spiritus enim exhalant, qui
si restitui non possunt, natura morbo vincendo non sufficiet; sed
perpetuo in peius ruet.

55. *Quantum sanguinis mittendum, copia sanguinis, ad focum*
affluentis, indicat. Eadem docet tempus. Prælente affluxu, cæte-
ris paribus, esse secundum jubet. *Quamdiu vero sanguini fluxus con-*
cendendus, alia dicunt: Constitutio nimirum sanguinis in venis. Cras-
sus & niger optimèmittitur ad tantam copiam, quantum vires fer-
re possunt; floridus non item. Crassus & niger sanguis, magnam-
à naturali statu declinationem esse, monet. Non superabit hanc na-
tura; nisi ab onere nimio liberetur. Et hic secunda indicatio adim-
pletur. Floridus contra non tantâ vitiatus corruptione: Quare tertia
indicationis ergo tantum evacuandum esse suadet, quantum deplere
affluxum sanguinis ad focum potest.

56. Locus venæ secundæ supereft. Sive in dextro, sive in sinistro
brachio vena fecetur, parum interesse, docuit rerum Anatomi-
carum peritia; confirmavit circulatio. Doctrina quæ secundum
~~xæt i\x03civ~~ esse jubet infirmo fundamento nititur. *De salvatella tamen*
res non tam est expedita: Plus levaminis ex illius sectione, quam
aliarum, ægrum persentire vera experientia dicit. Causam nemo da-
bit, qui circulationem ignorat; Hæc ostendit majorem in arteriis
sanguinis esse motum, tantumq; posse adferri per unicam arteriam,
ad partes, quantum vix per aliquot venas, ejusdem magnitudinis,
referri ad cor potest. Arteriarum huic motui respondet ille, qui fit
in ve-

in vena, ubi cum arteria per *avæsōμων* conjungitur: Nec unquam motum sanguinis arteriis respondentem esse posse, ubi dicta anastomosis deest. Jam videamus, num quid talis in salvatella: Ita vero statuere nos cogit Cl. Antonidæ van der Ende experientia select. med exerc. XIII. §. 423. Non semel ille observavit è salvatella sanguinem, manu aquis exemptâ, magno impetu, & saltu etiam aliquo, veluti ex arteria exsiluisse: magno argumento, fuisse ibi in proximo synastomosin arteriæ cum vena. Habemus jam motum sanguinis ex salvatella, similem illi qui ex arteriis: Ex superioribus vero constat, motum illum vehementiorem plus breviori tempore posse evacuare. Unica ergo causa subitanæi comodi, subitanæa è salvatella sectâ evacuatio erit. Nec dubitamus si arteriæ, ut apud veteres solebant, secarentur, maiorem utilitatem inde ægros percepturos: Nunc vero propriâ culpâ infelices sumus. De arteriarum apertione hodie non laboramus, ideo non procuramus gravißimos quosq; morbos queritur ex Massaria Cl. Hoffmannus Instit. lib 2. cap. 113. Objiciunt quidam crassam in quartana materiam, & salvatellæ angustias: Sed non movent nos facile, qui scimus eundem sanguinem per poros carnis circulari posse: Et magis objec-
tio hæc Cephalicam, Basilicam, harumq; filiam medianam, ferit.

57. Saphæna non tam sepe in viris, quam in foeminis, aperitur. Convenit præcipue, si à mensibus suppressis quartana fuerit, vel quartana jam præsente illi obstruantur: Deplentur n. arteriæ pedis nutritioni destinatae, & successivè etiam illæ, quæ uteri collo ab arteriis hypogastricis inferuntur. Quod si jam focus illic loci persistat, colligi materia morbifica vix potest: Sin minus, obstructiones tn. tollentur. Et hac ratione, tam foco febrili, quam mensibus obstrutis, opem feret.

58. *Hæmorrhoidum apertio*, si obstruantur, celebratur. Lienis, illas sordes expurgare multi hodie adhuc putant. Contradicit circulatio: Venæ hæmorrhoidales nihil à liene efferunt, sed internæ ad venam portæ, externæ ad cavam, sanguinem referunt. Nobis verior ratio, cur juvent, hæc viderunt: Levi ex occasione arteriæ minimæ, sanguinem venis hæmorrhoidibus afferentes, obstrui possunt; his obstructis longam morâ sanguis in venis corrumpitur, niger & fœtidus redditur. Evacuatur cadaver hoc sanguinis apertis hæmorrhoidibus, simulq; obstructio referatur, non sine magno ægri solamine.

Quomodo verò aperiendæ? Hyrudinum applicatio à plerisq; commendatur. Suspectam illam habet Cl. Bartholinus histor. anat. cent. 4. histor. 74. Non auferri posse omne venenum præparatione hyrudinum putat; sibi præterea observatum, ulcera illi successisse & fistulas, quæ miseris ægros ad Nosocomia detruserunt. Præferemus itaq; medicamenta ad hunc usum comparata: Utrasq; aperiet Aloes extracti Scr. i. lumperum. Extrinsecus emplastra ex farina laterum, felle bovis, staphyagra: Unguenta itidem, ex medulla colocynthidos, amygdalarum amararū, suppositoriis cautè admista, inservient. Sectio tn. illarum medicamentis etiam meliorest. Hanc, magnus nostri seculi Chiron, M. Aurelius Severinus astu ægros cogens & decipiens, teste laudato Bartholino, administravit. Cruciatus & ulcera à Platero observata, si dextra administratio fiat, non sunt metuenda. Hæmorrhoidum apertioni anneximus Vesicatoria & cauteria: A foco illa trahunt humores. Hanc ob causam flagellis quartanam aliquando curatam non impossibile. Seneca lib. 6. de benef. ultimam hanc fortuitam curationem vocat.

59. E Pharmacia perita materia magis hic inservire videtur. Talis esse debet, qualem indicantia esse volunt. Nos eo ordine proponemus; ut interna externis præmittantur: Ex internis vero illa, quæ per os assumuntur, iis quæ alio modo in corpus veniunt. Prima, per os assumenda, sunt præparantia. Indicantur illa ab humore nondum quidem in atrium bilem converso; nisi tn. succurratur, convertendo. Præparant illa crassam materiam, attenuando, incidendo, vires cordis roborando. Materia illorum talis. *Borago*, *Buglossum*, *violæ*, *cichorium*, *agrimonia*, *fumaria*, *capillus Veneris*, *ceterach*, *chamedrys*, *chamepitys*, *Ruscus*, *asparagus*, *mellissa*, *cochlearia*, *beccabunga*, *nasturtium*, *centaurium minus*, *radices polypodii*, *gentianæ*, *rubiæ majoris*, *helenii*, *glycyrrhyza*, *Cortices rad. capparum*, *fraxini*, *tamarisci*; flores *sambuci*, *genistæ*, *tamarisci*, sem. *cuscute*, *genistæ*, *ciceris rubri*. Composita ex his sunt varia: Syrupi de cichorio, capill. vener. de fumaria, de polypodio, *Byzantinus*. f. &c. Conser. boraginis, buglossæ, trochisci de capparibus. Huc pertinent *Oxymel* s. *scilliticum*. Pulvis stomachicus *Quercetani*; Medicamenta ex Tartaro & Marte parata, ut *Crystalli* & *cremor tartari*, *Tartarus Vitriolatus*. *Crocus Martis* aperiens. Item *Antimelanocholicum Libavii*, decoctum Raporam.

60. Cir

60. Circum horum usum notandum: cautè, calidiora præsentim, esse adhibenda; Ne, ubi incidere crassa voluerimus, calorem augendo, malum simul augeamus: Ex simplici enim duplex, ex duplice triplex, è triplici continua facile concitatatur. Deinde non negligendum: Liquidorum potius quam solidorum formulas competere. Formulæ sunt tales.

R. Rad. s. aperient.

Colatur R. libr. j

enul. campan. an. unc. β dissol. Cremor. tartar. drach. j β

Cortic. fraxini

Adde Syrup. Capill. Vener.

tamarisci

Fumarie an. unc. j

rad. cappar. an. drachm. j β

Cichorii

Herb. scolopendrii

de succo boragin. an. unc. β

Chamephytus

Pro potionc.

Fumarie an. Mj

Alia.

Fl. genistæ

R. Vini albi passulati unc. iiij

Boraginis

Tartari Virol. scr. j

Buglossi an. Mj

Bibat æger.

Pruna Damasc. No. XV.

Coq. in f. q. aq.

61. Continuo præparantium usui intermisenda sunt purgantia. Purgantia indicant corrupti humores: Talis atra bilis, quæ, in principio etiam morbi, cum sanguine circulatur: Præterea & alia excrementa, quæ natura, in crassioris sanguinis correctione, separat. Ex his patet omnibus temporibus quartanæ purgationem prodesse: Mitiora vero medicamenta in principio, fortiora coctione apparente exhibenda. Contrarium statuit L. Joubertus: Crassiorem, putat, & incoctam materiam vehementiora ad expulsionem sui requirere, eamq; coctam levioribus cedere. Nobis periculosa & nunquam molienda crudorum evacuatio est. Nondum separatum in illis integrum à corrupto est: Si ergo evacuabitur vehementer, unà cum crudis multum boni evacuabitur. In principio purgationes adhibentur unicè, ut atra bilis evacuetur, quæ in canaliculis fluit & refluit: Illa non exigit vehementiora, levioribus contenta. Hæc ita de purgatione. De tempore exhibendi alia inter medicos est controversia. Sunt quidam, qui aliquot ante paroxysmum horis exhibere audent, putantes, jam moveri veri materiam; quæ tñ. si incipiat moveri è foco, frigus & horrorem

secum afferit. Nos non videmus rationem quæ id suadet, videmus quæ dissuadet. Maxima pars atræ bilis jam in foco collecta est, è quo non facile expurgatur: Et recte monet Riverius maximæ turbas excitari, cum inchoatam evacuationem superveniens horror intercipiat, & in accessione fiat motus pharmaci motui contrarius: Non exacte a scire horam paroxysmi in quartana possumus, cum incertis horis veniant. Turbæ illæ sanguinis adustioni multam opem ferent. Quare intermissionis potius diebus purgatio tentanda.

62. Ex purgantium materiis illæ sunt, Senna, epithymum, elleborus niger. Compos. Syrupus de Fumaria compositus, Oxytel. helleboratū Gesneri, extract panchymagogum, ellebori nigrī, pilulæ tartareae Quercetani, aggregative, Indæ, de lapide lazuli. Ex his formæ tales formari possunt.
R. Syrupi de fumaria

Alia.

pomis Regis Sabor an. unc. β	R. Oxytel. hellebor. Gesneri dr. VI
Extract. Hellebori nigris scr. j	Syr. de polypod. solutiv.
Aqv. Boraginis	de succo rosarum an. unc. β
Buglossi an. unc. j	Aqv. Fumariae unc. ij
Misc. fiat potio.	Misc. pro potu.

In forma solida sunt pilulæ.

R. pilul. aggregativ. scr. ij. β	Alia.
Extract. Ellebori nigr. scr. β.	R. Extracti panchymagogi
Cum Syrup. de Epithymo fiant	pil. tart. melan. Querc an. scr. β.

pil. No. VIII. fermentur pil. No. V. in naturentur.

63. Vomitoria in quartana quidam naufragi Medici non concedunt: ratio tñ. exhibenda dicit, eaq; præprimis ante paroxysmum. Ventriculus ut audivimus in quartana debilis est: propter cruditates quaib; inquinatur, nec coquere bene cibos potest; nec materia quæ ad ventriculum in paroxysmo ex illoq; in intestina fertur, evacuatur: tollitur hoc vomitu. Imo focus sæpe in ventriculo est; Evacuabit ergo instantे paroxysmo materiam illum excitantem: Quo facto, paroxysmus tempore consueto non redibit, sed naturæ majores inducias concedet, materiam, ad atram bilem dispositam, corrèndi. Vomitu focum expurgari posse exempla eorum docent, qui unico Vomitu à quartana liberati sunt. Videatur Grembs in arb. integræ & ruin. Helmontii. lib. 2. cap. 2. §. 130. & passim alii.

64. Materia Vomitoriorum est. De oculum raphani, Asarū, maximè ejus coagu-

*coagulum. Oxytelus simplex, scilliticum, elleboratū, aqua benedicta. Extract. ellebori
albi apud Hartman; Crocus metallorum, vitrum & flores Antimonii. Formulæ
hoc modo componi possunt.*

R. Extract. ellebori albi gutt⁶

Decocti Raphani unc. VI.

Misce pro vomitu.

Alia R. Coaguli Asari scr. ii

Oxytelus scillit unc. j⁸

Misc. ut vomat.

65. Purgato corpore, illud evacuandum, quod purgatione evacuari non
poterat: Sudore id fiet. Videm⁹ per has vias naturā in paroxysmo noxiū ex-
pellere; medicus naturā imitetur, sudorem elicit. Præcipue a. ante paroxys-
mum. Ita n. vias natura liberas invenier, & atram bilēm perfecte evacuabit.
Sudoriferis adjungēda quę specifica virtute quartanę resistere perhibentur.
Priora sūt Rad. Chinæ, sal saponaria, cardu⁹ benedict⁹, scabiosa. Extrātū absinthii,
centaurii minoris; sal cardui benedicti, absinthii, theriaca, mistura simplex, & ium
diaphoreticā &c. Posteriora succus Absinthii, verbenæ ſupinæ, rad. impera-
toriæ, cor leporis, Pulvis viperarum. Componuntur ex his fequentia.

R. Theriacæ drachm $\frac{1}{2}$

Succi absinthii drachm. ii

Sal. absinthii scr. $\frac{1}{2}$.

Aqua scabiosæ unc. ii

Misce pro sudorifero.

Aliud R. Theriacæ scr. j.

& ii diaphor. scr. $\frac{1}{2}$

Aqua verbenæ unc. ii

Misce, agitetur, exhibeaturg,

ut sudet.

Vel

R. pulv. viper. scr. j.

Aqua verbenæ

Cardui benedicti, un. j $\frac{1}{2}$.

M. Agitetur, bibat.

Vel

R. Succi absinthii drach. ii.

Mistura simpl. drach. j.

Aqv. Card. bened. unc. j

Misc. pro potu.

66. Evacuantia per urinam non prius in quartana usurpanda, quam cor-
pora purgata & humores concocti sunt. Ubi jam excrementitium à bono
separatum est, commode illud per urinas evacuatur: Videndum tn. ne vehe-
menter calida, sine discriminē, in usum veniant. Historiam refert Cabrolius
obſerv. XVII. cuiusdam, qui à vetula in quartana opem petuit: Hæc igneis
diureticis miserum hominem in satyriasis lethalem præcipitavit. Materia
vero est. Anethum, fæniculum, apium, petroselinum, fraga, rubia tintoriorum &c.
Item Syrupus de s. radicibus, sal ſipitum fabarum, fumarie, succini; ſpiritus ſalis,
&c. ex his & aliis commode formulas fabricare licet.

67. Clysteres & ſuppositoria corpori applicantur. Lubricas illa vias servant,
expurgandoq; faciunt, ut naturæ expurganti via ſemper pareat: intermisce-
ri poſſunt purgantibus.

R. rad.

R. rad. helleb. nigr. polypod. qv. an. unc. j. Colat: R. unc. VIII.
Nasturtii, cent. min, capill. vener. Dissolv. Confecit. Hamech. unc. j
fumariæ, agrimonie, an. M. f. sal gemmæ drach. j
Sem. Cuscutæ, fænicul. an. scr. IV. F. Clysmæ.
Fl. genistæ, boraginu p. ij
Coq. inf. q. aqu.

Suppositoria ex melle fiunt, additis, si fortiora cupimus, Senna, helleboronigr. stercore muris, sale gemmæ &c.

68. Extrinsecus in quartana adhibenda unguenta, forus, & Balnea. Inungunt corpora, maxime spina dorsi, in paroxysmo & extra eum oleo chame-melino, rutaceo, laurino, costino, è papaveribus, è castoreo: Poros n. cutis aperiunt, ut materia commodius evacuetur. Fomenta fiunt ex mentha, calaminta, hyssopo, pulegio, salvia, stachade, roremarino, in aqua vel vino decoctis. Balnea è dictis facile parantur.

69. Restat partium affectarum, ubi focus residet, cura. Ventriculus debilis corrigetur, Menthâ, absinthio, melissâ, mastice, nuce moschatâ, extract. absinthii, melisßæ, pulvere stomachico Quercetani. Externa sunt emplastrastomachalia; unguenta ex oleo nuci moschatæ, absinthii, menthe. Hepar ubi affectum absinthium, agrimonia, fumaria, cichorium, taraxacum, spiritus salis, absinthii, cochleariae; Extrinsecus emplastr. de meliloto de bacc. lauri, unguentum de althæa, convenient. Si splen laborat, fol. ceterach, nasturtii, centaurii minoris, fumariæ, beccabungæ, cochleariae, Extractu splenis bovis, tinctura & Conserva fl. genistæ; Extrinsecus unguentu de ammoniaco in aceto solutu, emplastru diachylum simplex, Ol. de capparibus, rutaceum, amigd. amararu, juvabunt.

70. Tandem Diæta in quartana est servanda. Contraria hæc est illi quæ inter causas morbi reposuit. Aer quartanaris temperatus, purus, eligatur: Cibi sint boni succi & facilis coctionis: Panis bene fermentatus, diligenter subactus, aniso vel fæniculo aspersus; Carnes hædinæ, vitulinæ, gallinarum, pullorum, perdicum, phasianorum; Pisces saxatiles, lucius, percæ; Fructus amigdalæ dulces, pruna, uvæ passæ: Condiendi cibi, aniso, mentha, hyssopo, majorana. In potu vinum erit à sole bene excoctum, tenue, album, de quo videatur Tirillus lib. 2. histor. vini & Febr. c. 30; Cerevisia bene cocta, probe defæcata. Motus neq; nullus, neq; nimius. Labores consueti, (nisi vehementes fuerint) non sunt negligendi. Vociferationes, teste Ætio l. 3. c. 5.

prosunt. Vehementes animi affectus peste magis evitentur. Viæ ordinariæ excrementorum apertæ sunt servandæ,

SOLI DEO GLORIA.

in vena, ubi cum arteria per *avæstum aorū* conjungitur: Nec unquam motum sanguinis arteriis respondentem esse posse, ubi dicta anastomosis deest. Jam videamus, num quid talis in C. L. illa arteria aero statuere nos cogit Cl. Antonidæ van der Linde exerc. XIII. §. 423. Non semel ille observavit è sanu aquis exemptā, magno imperu, & saltu etiam exsiluisse: magno argumento, fuisse ibi in proximis cum vena. Habemus jam motum sanguinis e li qui ex arteriis: Ex superioribus vero conhementiorem plus breviori tempore posse evcausa subitanei commodi, subitanea è salvatela. Nec dubitamus si arteriæ, ut apud veteres sole jorem utilitatem inde ægros percepturos: Nu infelices sumus. De arteriarum apertione hodie n procuramus graviſsimos quoq; morbos queritur ex nus Instit. lib. 2. cap. 113. Objiciunt quidam crassam, & salvatellæ angustias: Sed non movent n undem sanguinem per poros carnis circulari. Etio hæc Cephalicam, Basilicam, harumq; filiat.

§ 7. Saphæna non tam ſæpe in viris, qua Convenit præcipue, ſi à mensibus ſuppreſſis quartana jam præſente illi obſtruuntur: De nutritioni destinatae, & ſuccesſivè etiam illæ, riis hypogastricis inferuntur. Quod ſi jam fo colligi materia morbiſica vix potest: Sin mi tollentur. Et hac ratione, tam foco febrili, q ctis, opem ferer.

§ 8. *Hæmorrhoidum aperio*, ſi obſtruunt illas ſordes expurgare multi hodie adhuc putaculatio: Venæ hæmorrhoidales nihil à liene e venam portæ, externæ ad cavam, ſanguinem ratio, cur juvent, hæc videtur: Levi ex occa ſanguinem venis hæmorrhoidibus afferentes, obſtructis longamorā ſanguis in venis corrundus redditur. Evacuatur cadaver hoc ſanguinibus, ſimulq; obſtructio reſeratur, non ſine m

D 2



the scale towards document
ero ſta-
t. med
m, ma-
arteria
arteria
ilem il-
um ve-
ta ergo
io erit.
ur, ma-
a culpâ
deo non
offinan-
materi-
mus c-
is obje-
rit.

peritur.
it, vel
æ pedis
ab arte-
erifstat,
ones tn.
obſtru-

Lienis,
icit cir-
ernæ ad
s verior
nimæ,
nt; his
& fœti-
orrhoi-
mine.

Quo-

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. .